Quelle: http://manuscripta.at/?ID=940
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Officiū visitacōis maie

Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes in honore Marie virginis de cuius visitacione gaudet angeli et collaudant filium dei Ps Cantate domino cantico nouum quia mirabilia fecit. Gla Collecta

Deus sempiterne deus qui ecclesiam charitatis virginem mariam tuo filio impregnata ad salutacionem elyzabeth inspirasti. Presta quesumus vt per visitacionem celestibus repleamur et abundemus adulitatibus erudiamur. Per eundem Alle. Sapie.

Ecce iste venit in montibus saliens: transiliens colles. Similis est dilectus meus capreae hinuloque cuiusque. En ipse stat post parietem nostrum: respiciens per fenestras: prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi. Surge propera amica mea columba mea: formosa mea et veni. Iam enim hyemps transiit: imber abiit et recessit. Flores apparuerunt in terra nostra: tempus putationis adiuit. Vox turturis audita est in terra nostra. Ficus protulit grossos suos: vinee florentes odorem dederunt. Surge propera amica mea speciosa mea: veni. columba mea in foraminibus petre in cauernis macerie. Ostende michi faciem tuam: Sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis et facies tua decora. Grad B Eue detta et venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. V Virgo dei genitrix que totus non capit orbis in te clausit viscera factus homo. Alla. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Sequentia. Veni speciosa domina maria tu nos visita egros mentes illuminata placida vite numina. Veni saluatrix sordes auffer piaculi visitando populum pene tollas peccatum. Veni regina gentium delere flammas reatuum rege quotquot deuium da vitam in hoc cum. Veni vt anum visites maria vires robores vtute sacri impetus ne fluctuet animus. Veni stella lux mundi mundi patris tradium erultor in gaudium solis ante diem. Veni yga regnum reduc fluctuantium adiuntate fidei inque saluant celum. Veni deposce ipsum sua dona ipsum vt digamur rectus in huius vite actibus. Vel laudem filium laudem spiritum laudem patrem vnicum qui nobis det auxilium amen. Sequ

Illo tpe Exurgens maria abiit. Lucas in montana cum festinacione in ciuitatem iuda. et intrauit in domum zacharie et salutauit elyzabeth. Et factum est vt audiuit salutacionem marie elyzabeth: exultauit infans in utero eius. Et repleta est spiritu sancto elyzabeth et exclamauit voce magna et dixit. Benedicta tu inter mulieres et benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc michi: vt veniat mater domini mei ad me. Ecce enim vt facta est vox salutacionis tue in auribus meis: exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata que credidit: quoniam perficientur ea que dicta sunt ei a domino. Et ait maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Sequitur. Credo in unum dm. Offertorium

Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Secreta. Oblatis sempiterne deus qui cunctis de omnibus inte confidentibus semper habes. Presta quesumus vt oblacionem quam tibi offerimus visitacionis spiritualem bte virgis in nostris necessitatibus sentiamus. Per dm. Prefacio. Te dne in visitacione bte marie. Communio. Beata viscera marie virgis que portauerunt eternum filium. Complenda. Oremus semper deus qui concedendo visitacionis bte marie matris dei sicut voluisti presta quesumus vt hoc sacrificium quod sumpsimus ab eius visitacionis gratia nullatenus excidamus. Per

Alla Imperatrix egregia ipsum mater filia domini sui puria porrige suffragia. Alleuia vite via guia reducto et vnia sancta maria. Alla O consolatrix pauperum maiestatis pacis auge virtutum numerum ciuitate xpi qui tu dignatus matrem filium humilium mater erripuisti. Alla Ave benedicta Maria ipsum xpi mater et filia Contulisti mundo tristi angelorum gloriam Expulisti subtraxisti saluandorum scoriam. Mos eximioris Mos dulcioris. Dos amoris. O maria celi via virgo crudens lilium. Stella maris appellaris. ora tuum filium. Sydus splendoris mater saluatoris. Tu dignare deprecare virgo tuum filium. Ne demergat sed abstergat labem prorsus criminum. O maria omni plena gracia. Explicit Alla debita et inuenerata dei genitrix virgine Maria.